

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Philosophia h
cum fontibus proximo et primis

Et de hoc Alexander Neckam lib. 2. de naturis rerum, vbi ait.

O foelicia antiquorum tempora, in quibus ipsi Imperatores, mundum subhastantes, se ipsos philosophiae dederunt.

vt dictum est alias de Alexandro, de Iulio Caesare, de Ptolomaeo rege Aegypti, qui fuerunt studiosi sapientiae. Ibidem.

Cuiuslibet regni gloria creuit in immensum, quamdiu artium ingenuarum in ipso floruerunt studia,
vt patuit de Graecia, quando Athenis studia floruerunt, de Roma, de regno Francorum, ex quo floruerunt in illo studia.

Victoriae, militiae, et studia philosophiae quasi simul concurrerunt, et hoc merito, quia philosophia vias docet recte et iuste regnandi: Per me, enim reges regnant ait Sapientia.
Prouerb. 8. et de hoc supra par. 1.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 10.1.1 (Rome, 1655, pp.409-10).

Sed

o felicia antiquorum tempora, in quibus et ipsi imperatores mundum subhastantes, seipsos philosophiae subdiderunt.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*, 2.174 (T. Wright ed., p.309).

...vt dictum est alias de Alexandro, de Iulio Caesare, de Ptolomaeo rege Aegypti, qui fuerunt studiosi sapientiae. Ibidem.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 10.1.1 (Rome, 1655, pp.409-10).

Cujuslibet regni gloria creuit in immensum quamdiu artium ingenuarum in ipso floruerunt studia.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*, 2.174 (T. Wright ed., p.308).

Victoriae, militiae, et studia philosophiae quasi simul concurrerunt, et hoc merito, quia philosophia vias docet recte et iuste regnandi: Per me, enim reges regnant ait Sapientia.
Prouerb. 8. et de hoc supra par. 1.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 10.1.1 (Rome, 1655, p.410). [cf. Prou. 8:15]

O felicia antiquorum tempora in quibus ipsi imperatores mundum regentes seipsos philosophiae dederunt

ut patuit de Alexandro Macedone, de Iulio Cesare, de Tholomeo rege.

Cuiuslibet enim regni gloria creuit in immensum quamdiu arcium liberalium studia in ipso floruerunt.

Victoria enim milicie et gloria et philosophia quasi simul concurrerunt. Et merito quia philosophia uera docet iuste et recte regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapientia.

Ibidem (Hugo in didascalicon libro III.) et scribit Alexander de naturis rerum.